

August Varenius Thomas Trugilli Finck

**Aur bet ushiyot be-reshit i. e. Decas Secunda Illustrium Et Maxime Arduorum
Locorum Geneseos Ebraicae, Exhaustientium Pharascham Berescith**

Rostochii: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772388954>

Druck Freier  Zugang



Kert.: Th. T. Finckius

A. Varnius.

R. U. theol. 1647.

עשר ב קושיות

בראשית

i. c.

~~74~~ 75.

DECAS SECUNDA
ILLUSTRUM ET MAXIME
ARDUORUM LOCORUM GENE-
SEOS EBRAICÆ,

Exhaustientium

PHARASCHAM BERESCITH.

Quam

BONO CUM DEO.

In Illustri Academia Rostochiensis

PRÆSIDE

Viro Clarissimo & Excellentissimo

DN. M. AUGUSTO VARENIO,

S. S. Ebraicarum liter: Professore Ordinario,

Præceptore suo honorando.

Ad diem 27. Novembr. In Auditorio Majori

Examinandam Publicè proponit.

THOMAS T. FINCKIUS, Christiania-Norweg;

☉(O)☉

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1647.

VIRIS

*Plurimum Reverendis, Clarissimis, Excellen-
tissimis, Doctissimis,*

DN. M. HENNINGIO EGGERTII STOCH-
FLET, Superattendenti Diœceseos Christia-
niensis Spectatissimo, Capituliq; quod ibidē est, Cano-
nico honoratissimo, Præceptori, Fautori, & Pro-
motori suo ætatē venerando.

DN. M. TRUGILLO NICOLAI, Ecclesiæ
Christianiensis patriæ Pastori primario fidelissi-
mo, itemq; Capituli Canonico meritissimo, Pa-
renti suo Colendissimo.

DN. M. AMBROSIO RHODIO KEM-
BERG: SAXON: Gymnasii Christianiensis,
quod Norwegiæ est, Professori Physicæ & Mathem. ce-
leberrimo, ejusdemq; loci medico ordinario &
Capituli membro sagacissimo.

DN. M. NICOLAO SVENONIS S.S. Theo-
logiæ in Gymnasio Christianiensi Professori
Excellentissimo, Capituliq; Assessori
dignissimo.


DN. M. JESSENO MATTHIÆ, Profes-
sori Logices & Metaph. in Gymnasio Christia-
niensi ordinario, itemq; Rectori Scholæ
fidelissimo.



*Omnibus omnino Dn̄. meis, Fautoribus, Præcepto-
ribus, ac Promotorib. æternū de venerandis,
In debitæ observantiæ, cultus, & gratitudinis
argumentum primitias has velitationum
Academicarum*

dicat atq; consecrat,

THOMAS T. FINCKIUS, Capit. Stipend:



Commensali suo suavissimo

DN. THOMÆ TRUGILLO.

HActenus Ebræos Thomam tractare labores
priva domus vidit; nunc publica scamna loquentē
suspiciunt. Hoc est, *dic cur hic*, volvere mente.

*Johannes Quistorpius, D. Th. Facult.
Senior, Superintendens & h. t. Rector.*

*Ad præstantem pietate, modestiâ & eruditione
Juvenem*

THOMAM FINCKIUM
NORWEGUM RESPONDENTEM.

Tu quoq; Norwegus sanguis, Germana Roseri
miles castra colis. Septemq; trionibus Arcti
tradidit Ebreo quæcumq; volumine Moses
que sancti cecinere Duces, & carmina Vates
ad Jardenis aquas, aut celsâ ex arce Sionis
Ostentare paras, Ebrei fontis alumnus
egregius; quin Orchestras, Laudisq; Theatrum,
Publicus ascendis jam, Pharaschamq; Bereschit
illustrare studes, sancta munimine lingue.
Sic facias! & sic victurum nomen habebis
& te Norwegum mirabitur ultima Thule.

M. Augustus Varenius, SS. Ebraicarum
liter. Professor Publicus.

Sacra.

S Acrati *Fontis* quò dulcior *Vnda* scaturit,
Hòc magis ex iplo *Fonte* bibenda venit,
Nil juvat impuros *latices* haurire, *fluente*
Turbida sectari, liquida cum pateant.
Tu Fontes sequeris *Fincki*, nobisq; propinas
Ex imis *Scatebris* abdita senfa Dei.
Scilicet hoc demum est expendere verba Potentis,
Scrutari leges nocte dieq; sacras.
Irriguâ pergas mentem conspergere *lymphâ*
Christicolis quondam *flumina* magna dabis.

*Sic ominatur, sic vocet Eximio ac Literatissimo
Dno. Respondenti, Amico & Commensali svavissimo*

M. Michael Salck/ Dantiscanus

F Actis latentes quid dubitas adhuc
virtutis ignes proderè fervidus?
molire tandem: gloria fomitem
amat: coruscant corripe lampadis
facem, salutis qua docet orbitam.
Erroris anceps pelle crepusculum,
lucente flammâ, ceu tenebras nixens
fugare noctis Phosphorus assolet!
Sic incalescent pectora fortiùs;
Sic incalescet, qui lasuit, vigor.

De periculo hoc Academico gratulatur
Peregrinatio Dni. Respondenti, amico &
Commensali suo pl. honorando

Samuel Theodori,





LOCUS PRIMUS. Gen. 11. 2.

וְכָל יְהוָה אֱלֹהִים בְּיוֹם הַשְּׁבִיעִי מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה

CONCL. I.



Ui, ut ἐναντιοφανής membri primi de creationis s. operis completionē, cum illā, quæ in membro secundo memoratur, ab omni creationi opere cessatione, concilient, pro septimo die sextum supponunt, illi τὴ γράμματα ἄσχετησιν, ἐξεστῶσιν εἰς μεταβολήαν. Faciunt autem id oī LXXII.

experimentes: καὶ συνετίλεσεν ὁ Θεὸς ἐν ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ; mira sanè mutatio, propter tam leve dubium: quam tamen antiquam esse constat ex Talmude & Hieronymi quæstionibus Hebraicis in Genesin.

CONCL. II. Non citabimus illam, quam תפל s. insulsam nominat Aben-Esra expositionem: sed, quam subjungit illorum qui ביום השביעי dicunt notare קורם s. ante diem septimum: ita autem sumi particulam duobus probare se putant locis I. Deuter. 25. 4. וְרִישׁוֹ בְּרִישׁוֹ לֹא תַחֲשׂוּם שׁוֹר כְּרִישׁוֹ ut ברישו idem sit, quod רישו קורם s. ante triturationem ehe danner drischet: at non tam in singulari triturandi actu quam officio hic bos consideratur, adeoq; rectè redditur: Du solst dem Ochsen der da drischet nicht das Maul stopffen: Ipse Rabbi-nus addit: illam expositionem esse להמכחישים: item אין צורך: item למה זאת הצרור. Locus, alter est Exod 12. 15: at hic quoq; dicere licet: למה זאת הצרור: nec enita reddendum: Am ersten Tage sollet ihr abschaffen: vel: für den ersten Tag: sed: Ihr sollet zusehen / daß am ersten Ostertag alles gesewertes schon hinweg geräumet sey aus ewren Häusern. Hic igitur nihil quoq; solidi.

3- Aben-Esra proinde conciliat leve dubium hæc regula: כולו מעשה מעשה איננו מעשה i. e. Completio operis non est opus: adeoq; complevit opus idem est quod non fecit opus. Contra Drusius: Si complevit, fecit opus: nam completio operis est opus. Fortè conciliavit hanc

A

contra-

contradictionem bonus Lyranus: Duplex, inquit, est completio rei: prima quando assequitur formam sibi debitam: altera quando egreditur in operationem sibi debitam: prioris perfectionis respectu Drusus: posteriori Rabbini conciliatur.

4. In verâ expositione non disjungendum est וְיִשְׁבּוּת אֵינֶנּוּ igitur rectè reddo: Et opus creationis *complevit* (sed) & *cessavit*. Deus die septimo ab omni opere quod *fecerat* s. *perfecerat* sc. die sexto: atq; ita verificatur sententia Rabbini: *perfecti operis* conjuncta cum celsatione ab operatione non est operatio: Vnd also vollendet Gott am siebenden Tage seine Werke/ vnd ruhet/ &c. Lyra: complevit Deus die septimo opus suum quod fecerat: addens: quia à septimo die Deus dicitur incepisse tempus gubernationis & administrationis rerum: sicut tempus præcedens dicitur tempus productionis: ideo Deus dicitur septimo die complevisse opus suum, quantum ad secundam perfectionem. Quod si autem quis interpretabitur: *Et compleverat*, rectius sine dubio reddet. Etenim & *præteritum* Hebreorum supponere pro omnibus præteriti speciebus, & ἢ hâc ratione ἢ conversivum esse futuri tam in ipsum præteritum: quam imperfectum & plusquam perfectum, notius est quam quod probari debeat. Sic Exod. 12. 5. וַיִּאמֶר quam orationem factam esse Abrahamo ὅτι ἐν μεσοπαιῖα πεινῆ κατὰ κῆρας αὐτῶν εἰς χάραν testatur Exordium orationis Stephani.

LOCUS II. Gen. 11. vers. 6.

וַיֵּרָא יְעֹלָה מִן הָאָרֶץ

CONCL. I. נָן nunquam vel *Nubem* vel *fontem*: sed *condensationem obscuram* notat, & hâc ratione 1. Vaporem s. materiam condensatam sursum ascendentem. 2. horribilem calamitatem: quæ posterior priori famosior est significatio, cum illa non obtineat, nisi in hoc & uno Jobi loco c. 36. v. 26. Minus igitur rectè Chald. עננה היא סלק מן ארצה i. e. Nubes fuit egrediens ex terrâ. Malè Vulg. *Sed fons ascendit à terrâ.*

2. Adverbium negandi ex inciso quidem in incisum, ex membro in membrum potest repeti pro ratione loci: sed non ex versu in versu: Præterea particula וְ utut sumatur 1. relativè Gen. 49. 25. 2. terminativè Exod. 21. 12. 3. Consecutivè Exod. 21. 12. 4. Consecutivè Deut. 32. 1. 5. Expletivè Exod. 20. v. pen. 6. Adversativè, Exod. 23. nunquam tamen exiit

exiit totalitèr vim conjunctivam etiam ibi ubi sumitur 7. disjunctivè
 Gen. 26. 11. Exod. 21. 15. 17. vid. Matth. 15. 4. Marc. 7. 23. Deut. 17. 8. 12.
 Jud. 11. 30. 31. quod posterius non fit nisi in specificatione duorum,
 quibus interponitur, subjectorum vel actuum in uno versu, qualis posi-
 tus hic exulat. Errat igitur 1. Haggæon celebris in Aben-Esra com-
 mentariis Rabbini, qui ita exposuit: **וְלֹא אֵיךְ יַעֲלֶה מִן הָאָרֶץ** repetitâ
 ex versu præcedenti, negatione. 2. Et, qui illum sine ratione sequitur.
 Tremellius: *Nec vapor ascenderet ex terra*, sed ubi tum **וְשֶׁבַע** Schevati in
וְעָרַב & **וְהִשְׁקָה** ipsorumque verborum convenientiâ? Rectè autem.
 Lutherus: *Aber ein Nebel gieng auff von der Erden/* Aben-Esra: Sensus
 est, inquit, quod ascenderit vapor ex terrâ operatione astrorum, & ir-
 rigaverit terram, & germinare illam fecerit.

LOCUS III.

Gen. 3. v. 5. **וְהָיִיתָ כְּאֱלֹהִים**

CONCL. Una. Nihil in his sacris tam est leve, quod non suæ digni-
 tatis excellentia sit grave, quale est id quod nunc ponimus. Scilicet:
Eritis sicut Elohim ait Saraph. Id & Tremellius & Lyra, & Munsterus
 expresserunt: Sicut Dij, secuti scilicet autoritatem non contemnen-
 dam & Paraphrastæ Chaldæi qui reddidit:

תְּהִיךָ כְּרִבְרִבֵּי חֲכָמִים בֵּין טֹב לְבַיִשׁ

i. e. *Eritis sicut Principes (Angeli) scientes inter bonum malum.*
 & LXX. Græcorum, qui expresserunt: *ὡς Θεοί*, interpretati autem sunt
 omnes de Angelis, Rectius Lutherus de Elohim creatore interpreta-
 tur idq; in singulari numero: *Wie Gott*, non quod *mysterium Trini-*
satis personarum in hac voce negaverit: Sed quod anomaliam quandam
 inter *Elohim* & *Deos* præviderit, vocem pluralem interpretatus nomine
 Dei singulari, quod idem propter eandem rationem jam ante observa-
 vit in translationibus Divus Hieronymus. Addimus rationes. 1. Nomen
 Elohim *περίωτος* de Deo glorioso *ἀδελφώτερος* de Angelis, de Judicibus,
ἰδμενύμενος de Idolis dicitur. Rectè igitur primæ significationi hæcenus
 instituitur. 2. Elohim in hystoria creationis & primi lapsus est nomen
 (præter hoc *κτνωόδημον*) non nisi Dei creatoris. 3. Conf. Gen. 3. 22.

LOCUS IV. *Gen. 4. v. 10.*

קוֹל רִמְיָ אַחֲרַי צוֹעֲקִים אֵלַי מִן הָאָרֶץ

A 2

Vox

Vox sanguinum fratris tui: (sanguines) clamant
ad me de terrâ illa.

CONCL. 1. Enallage numeri in צועקים pro צועק statuitur ab
Interpretibus & Grammaticis non obscuri nominis. Nos Enallaga-
rum, Allooesewy, Pleonasmorum, Ellipseon, Soloecismorum in Sacro-
Sanctâ Scripturâ Hebraicâ multiplicationem pro ignorantia & auda-
cia Theatro fidentè æstimamus: quin vi linguæ, per se, s. in viâ Linguæ
SS. illa dari pernegamus, ejus securi, malè ex Occidentalium lingua-
rum imperfectionibus, quæ postulant talia vocabula, mensurari Linguam
SS. primævam, adeoq; matrem ex filia: sed & illos singulares loquendi
modos & incommunicabiles Ebreorum idiotismos, quos proprios sin-
gulæ habent Linguæ, terminis imperfectiones maximas sapientibus &
vel nullas, vel in certas rationes habentibus malè in lingua SS. exprimi,
atq; inde *Syntaxin Hebraicam* obscurari myriadibus Enallagarum,
seriò dolemus.

CONCL. 2. Equidem verum est quod dicit Kimchi: סמך הכתוב
על המכין & si, quod res est, dicendum est *Una accentuatio neglecta
mater fuit, mille Enallagarum*: hinc illæ velut agmine facto
qua data porta ruunt, & terras turbine perflant.

Exemplum sistimus hunc locum. Nomen, inquit, posterius adjecti-
vum respondet posteriori recto. Ita est. sed quid tum? *cum deberes re-
spondere priori regenti*: id negamus, uti constabit ex locis, quæ addu-
cuntur similem structuram habentibus, Inter quos est locus Jerem. 10. 22.
קול שמואה הנה באה i. e. Vox rumoris ecce venit: hic באה esse
dicunt pro בא & referendum ad קול adeoq; Enallagem generis. At id
falsum esse docet vocum dispositio, docet accentuatio qua me docet,
ita interpretari: *Es ist eine Stimme des Gerümmels: Sieh seht kommt
es (dasselbe Gerümmel) und hat bey sich eine gewaltige Bewegung aus
dem Lande zu Mitternacht.*

CONCL. 3. Dico igitur צועקים incisi secundi & ultimi non
conjungitur cum קול incisi Sakephkatonati & per consequens hic non
debet fingi Enallage numeri pluralis pro singulari. Conferantur qua-
positum, & accentuationeæ præter locum Jeremiæ, sequentia: *Esaia
40. 2. קול קורא rectè reddo: Es ist ein Stimme eines Predigers: in
Cantico c. 2. 8. קול רודי rectè: Das ist die Stimme meines Freun-
des:*

des: porro: כִּנְיָהּ זֶה כִּנְיָהּ sibe er (mein Freund) sômpr: ita hoc loco reddo קול רמי אחיך es ist eine Stimme des Bluts deines Brudern. Ecce hic kol kore, kol dodi, kol deme achicha, & supra: kol schemnab eundem similem; planè habent positum, eandem incisi accentuationem. Accentum scilicet Regium ter Sakephkaton: semel paschata (propter necessitatem versus prolongationem) in voce quæ à קול ultimò regitur: E necessariò quoq; eadem obtinet interpretatio. Adde nunc quod sicut in exemplo primo vox כִּנְיָהּ respicit non קול: sed שמועה in exemplo secundo vox bammidbar Sakephgadolata, non קול sed קרא. in tertio: כִּנְיָהּ non קול: sed לררי ita hic צועקים non respicit קול: sed רמי אחיך. Redditur ergo locus: Es ist eine Stimme des Bluts deines Bruders (dasselbe Blut deines Bruders) schreyet gar zu mir von derselben Erden.

CONCL. 4. Quare רמים s. Sanguines clamantes dicat Deus, expressit Chaldaeus: אחיך מן המפק למפן דעתידיו למפק מן אחיך i. e. Vox Sanguinũ posteriorum, qui futuri erant ut egredierentur fratre tuo, clamant ad me &c. R. AbenEsra: Dictum est, inquit, על שחיו בכוחי להורידם i. e. propter illos, qui ex illo generari potuissent posteros, omnes in uno Abele trucidatos. R. S. Jarchi id dici putat i propter פצעים רבוי פצעים s. multitudinem vulnerum quæ fratri Cain inflixerit, unde sanguinis torrentes. 2. propter Abelis futuram posteritatem.

LOCUS V.

Exhibens memorabilia ex c. 4. à v. 16. ad v 26.

Quæritur 1. quid sit in v. 16. quod Cain egressus esse dicitur מלפני יי de coram facie Domini? Resp. 1. מלפני יי sunt quidem omnes creaturæ: Specialitèr tamen ita dicuntur 1. Angeli. 2. Prophetæ. 3. quilibet sancti: quandiu sunt in munere e. c. Prophetico, Apostolico s. divinâ gratia & vocatione, quam quando detrectant, divinâ gratia seipfos excludentes, dum dicuntur esse vel egredi de coram Domino s. מלפני יי. 2. Etenim aliud est fugere מלפני יי: aliud fugere יי מלפני יי illud possibile, exemplo Jonæ c. 1. 3. & c, 2. hoc impossibile, ex sententiâ Prophetæ. Quorsum fugiam à facie tua?

Quæritur 2. Quis primus urbis conditor? Cain: quæ urbs prima? Chanoch: quis rei pecuariæ primus inventor? Jabal: quis Musicorum Instrumentalium? Jubal. quis artis æreæ & ferrariæ? Tubal-kain, ipse Vulcanus: & tamen hujus soror, quæ prima post Evam creatam

eam, statimq; desponsatam, memoratur in Scripturis puella, fuit *Naama* delicatula.

Quæritur 3. de oratione Lamechi Bigami ad uxores Adam & Zil- lam quæ est in vers. 23. 24. כִּי אִישׁ הִרְגֵתִי לַמֶּצַעַר וְיָלֵדָהּ לַחֲבֵרָתִי.

CONCL. I. Equidem Chaldaeus sonibus Ebraicis hîc planè con- trariari non Bellarmino saltem l. 2. de verbo Dei c. 3. sed & aliis viris do- ctis videtur & tamen non contrariatur: reddidit autem: לֹא גִבְרָתִי קָמְלִית דְּרִילִיחַ סָבַל אֲנָה חֹכֵךְ i. e. *Non virum interfeci*, cujus cau- sa ego delicta bajulem: porro: וְלֹא עָלִימָא חֲבִלִית דְּרִילִיחַ i. e. *nec juvenem perdidit* &c. Munsterus: Si virum occidi in vulnus meum &c. adduntur fabulæ scilicet: uxores Lame- chi timuisse poenam inventorum Instrumentorum bellicorum, malè tractavisse seniore[m] maritum, qui, ut illarum insolentiam compesce- ret, & sibi apud imperiosiores mulierculas autoritatem conciliaret, in hæc verba eruperit. Occidi virum Cainum &c. scilicet: Lamechum jam coecutientem cum puero ductore exivisse in campum ad venan- dum: latuisse tum inter dumeta vagabundum Cainum, eumq; indicio pueri Ductoris, qui bestiam esse putavit à Lamecho percussum: quo fa- cto Lamechum perceptâ morte Caini ab ipso Deo graviter prohibita puerum etiam verberibus eneeasse: quam irrationabilem glossam, si- cut pleraq; fabulosa fidelitèr ex Raschio exscriptit Lyranus, hac parte delirans.

CONCL. 2. Quanta fuerit illorum jam temporum credulitas Ty- rannica, malitia, & detestabilis injustia, unius gloriabundi Lamechi Cyclopica audacia docere voluit Scriptura Ebraica in detestabili male- dicti Caini familia: hinc illa jactantia, & sermonis insolentia, vel in ipso sermonis principio: *Audite vocem meam*, uxores Lamechi terribi- lis se, viri, qui ad levissimam sibi factam injuriam, servandæ reputatio- nis, & demonstrandi roboris ergo, ad cædes sanguinemq; statim de- scendet, suumq; antagonistam demittet ad generum cereris. Interpre- tatio simplex hæc est: *Nam virum occidi* (i. e. certissimè occisurus sum) *ad vulnus meum* (mihi inflictum) & *juvenem* (certissimè occisurus sum) *ad vibicem meam* (mihi scilicet ab illius percussione enatum) Germanica paraphrasis hæc est: *Solte ein Mann (der etwa meines alters) so früh sein) daß er mir auch nur eine geringe Wunde machen würde / wil ich ihm einen kurzen Proceß machen / ich wil ihn so gewiß ermorden / als wäre*

wäre es schon geschehen: (uno verbo וְרָצוּי) sollte aber ein mir unglei-
 cher Jüngling ihm vnterstehen dürfen sich mir als einem Mann zu wie-
 dersehen / derselbe sol nur auff eine von ihm mir gemachete beule für mei-
 nen Händen sterben: Arrigite hic aures Duellorum, Chartellarumq;
 Magistri, vestrumq; Patrem agnoscite Cyclopem & profanissimum
 hominem Lamechum, vel potius Diabolum, τὸν ἀνθρώπουκτον ἀπὸ
 ἀρχῆς. Argumentum porro Lamechi tale est: mors Caini fratricidæ,
 septies vindicabitur. E. si quis me post justas cædes occiderit, septua-
 gies septies vindicabitur: scilicet ille fratrem germanum sine culpâ, &
 sine resistentiâ occidit: at ego non nisi oblata vel vulneris vel vibicis
 causâ ad cædem viri Juvenisq; properabo.

LOCUS V. Gen. 4. v. ult.

אִן הַחַל לְקַרְא בְּשֵׁם יְהוָה

CONCL. 1. Turbant illustrem locum commentatores Ebrei, ambi-
 guitate verbi החל in errorem delapsi. Equidem Chaldaeus Onkelos:
 בכון ביוםותי חלו בני אנשה מלצלאה בשמה ריי
 i. e. indiebus illis profani fuerunt filii hominis, ut non precarentur
 in nomine Domini: quomodo etiam Junii & Tremellii editionem prio-
 rem, editam Londini anno 85. habuisse. (Tunc coeptum est profanari
 invocando men Domini) testis est Drusius. At cum Targum Onke-
 los ex editioe Complut. & opere Hispanico Venetæ editionis errorem
 correxerit scilicet: כון שריאו בני אנשה לצלאה בשמה ריי
 i. e. tunc coeperunt filii hominis precari in nomine Domini: idemq;
 Junius & Tr. in posteriori editione præstiterit, illos in jus vocare no-
 lumus.

CONCL. 2. Ad tribunal autem Linguae S. vocamus R.S. Jarchium,
 & Jonathanem Chaldaeam, ipsumq; Davidem Kimchium, qui omnes,
 de invocationis nominis divini pollutione & cultus Publici per Idola
 profanatione locum interpretantur, tantum quod Jonathan & Raschi
 de nominibus idolorum ex nomine Domini. uti habet Jon. משם
 ריי סימריה משם ex nomine Sermonis Domini denominatione ido-
 lolatricâ specialiter interpretentur. Ita Raschi: אִן הַחַל לְקַרְא אֵת
 שְׁמֵת הָאֵדָם וְאֵת שְׁמוֹ הָעֵצָבוֹם בְּשֵׁם שֶׁל הַקֹּבֶה לַעֲשׂוֹת
 לְקַרְוֹתוֹ אֱלֹהוֹת / verba satis clara.

CONCL.

CONCL. 3. Quibus opponimus hanc conclusionem: **הוּחַל** à rad. **חלל** non est **מְזוּרַת חַיִּיּוֹת**: sed **מְזוּרַת הַחֲלָלִים** i. e. non notat hoc loco cultus divini profanationem: sed solennem ejus redinstauracionem, & qua ritus amplificacionem. Docet id 1. radicis **חלל** in conjugatione tertiâ s. **בְּנִין הַכּוּכָה** non nisi in Significatione *incipiendi* usurpatio: uti 2. vocum dispositio sc. in significatione *profanandi* necessarius planè fuisset positus vel particulâ **פ** post **הוּחַל** in infinito: vel **י שם יי** s. nominis Domini immediatè & sine **כ** particulâ post verbum **הוּחַל** 3. Accentuatio, maxime **וּ** Sakephkaton distinctio: coeterarumq; vocum per analogam accentuationem conjunctio. 4. verbi **הוּחַל** cum intercedente **ל** infinitante cum infinito constructio, quæ necessariò vocem posteriorem subordinat priori, ut sit reddendum: coeptum est, coeptum est, inquam, prædicare vel prædicari 5. Totiusphraseos: **י שם יי קרא** famosa de publica nominis divini celebratione s. prædicatione in Scripturis Ebraicis usurpatio & verbi **קרא** conjuncti cum nomine **שם** interced. particula, à simplici **Kara** & **Schem** conjunctione, distinctio. vid. jam Genes. 12. v. 9. c. 13. 4. c. 21 33. &c.

CONCL. 4. Versionem Lutheri hîc omnibus præferimus: Zu derselben Zeit sieng man an zu predigen vom Namen des Herrn / vel in nomine Domini congregari, publiceq; prædicari. Subijcimus Græcam: **ἔτι ἤρχθη καλεῖσθαι ἐν ὀνόματι κυρίου** qs. tum pii ex familia Seti, id quod prædicabant, nomen sint professi, & inde Filii Dei vocati: quod primariò tamen hîc notari, pernegamus: subordinari quâ rem, concedimus. I. & Trem. *Tunc coeptum est invocare nomen Jehovæ* qs. dicat eo tempore ritus certos Deum colendi institutos esse, quos observarent Filii Dei h. e. membra veræ Ecclesiæ. *Profanatoribus* Rabbinis, Rabbinum sapientem opponimus: ita ille: **הוּחַל**, inquit, est **מַפְעֵלֵי הַכּפַל** ex formâ verborû Defect. 2. & litera **ח** nisi esset gutturalis, esset dagessata: significationem autem habet incipiendi, & sensus est, quod inceperint publice prædicare s. precari in nomine Domini &c. Vulg. qui reddidit: Iste coepit invocare nomen Domini, corrigit Lyranus: Litera, inquit, Ebraica sic habet: Tunc coeptum est &c. sc. non dicitur **זוה הוּחַל**: sed **אן הוּחַל** & sic expedita sunt omnia.

L.O.

LOCUS SEPTIMUS GEN. V. 24.

De translatione Chanochi.

Quæritur 1. de phrasi **אֵלֹהִים אָמַלְתָּ** quæ hîc de Chanocho, & c. 6. v. 9. de Noacho prædicatur? Resp. Ambulare Deum seu cum Elohim dicitur, qui in lege Domini die ac nocte meditatur eamq; publicè profitetur. 2. qui vivit **σωφρονως, δικαίως, ευσεβώς** ἐν τῷ νῦν αἰῶνι & expectat beatam spem & ἐπιφάνειαν gloriosam DEI magni: qualem Chanochum fuisse constat tum ex phræseos hujus significatione, & geminatione, tum ex illustri ejus in Epistolâ Judæ celebratione v. 14. & 15. ubi est prophetia septimi ab Adamo Chanochi: Ecce veniet Dominus cum myriadib. Sanctorum.

2. Et qui talis est, ille **קָרַךְ** & **אָמַלְתָּ** dicitur in scriptura, quæ tamen nomina non magis in Sanctis negant imbecillitates & multas imperfectiones: quam in Sacrificiis Leviticis, de quibus *anim* non raro usurpatur, id quod Apostolus illis inesse dicit **ἀνωφελές καὶ ἀσθενές** propter quod facta est **μετῴθεσις τῆς ἱερατείας**, Ep. ad Hebr. c. 7. quod est contra Pontificiam perfectæ, Legis divinæ moralis, observationis possibilitatem: quin ex Hebraismo est quod in N. T. tales dicantur **Δίκαιοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ** sc. propter justitiam imputatam: item **πνεύματοι ἐν πασίν ἐντολαῖς ἀμέμπτως**, propter illam, cui perpetuò student, vitæ sanctitatem vid. Luc. 1. v. 6. ad quem Augustinus: Dictum est, inquit, quantum mihi videtur secundum quandam conversationem inter homines probabilem ac laudabilem, quâ uti apparebant hominibus: ita noti erant oculis DEI: non autem dictum est secundum illam perfectionem justitiæ, in quâ veri, perfectiq; planè vivemus. Hier. juxta illam justitiam dicuntur justî, juxta quam dictum est: Septies in die cadit justus & resurgit, quin & Sacharias, qui scribitur justus, quod sacerdos fuit, sine peccato non fuit, & peccavit in eo quod non credidit vid. Luc. 1. 10. Addimus obiter, quod Targum phrasin: Ambulare cum Elohim. explicuerit per: Ambulare in timore Domini: vel per: **אָמַלְתָּ** id optimè.

3. Quæritur an ex hoc versu probari possit Henochi viventis in Paradisum vel coelos translatio? Resp. Vel id probari deberet ex **אֵלֹהִים אָמַלְתָּ** vel ex **קָרַךְ**, vel ex utriusq; conjunctione. Equidem ex voce **אָמַלְתָּ** id infallibiliter probari non potest: quod vox illa, cui respondet **אָמַלְתָּ**

B

Chal-

Chaldaeorum, dicatur generaliter de eo qui inter nos e. e. in Europâ, vel qui planè interris vivere desinit, sive id fiat per migrationem, ita ut nobis non constet de illius vita: sive per mortem corporalem, sive per translationem s. immutationem, ex illa igitur nec Henochum translatum esse, nec adhuc vivere: nec etiam mortuum esse probari potest. E. sit. 1. Josephus, de quo vendito, & in Egyptum abducto dicebant fratres: אִינְנִי Gen. 42. 33 Er ist nicht mehr vorhanden. 2. Rachel deplorans mortuam sobolem כִּי אִינְנִי Jerem 31. v. 15. quem Hebraismum exprimit Spir. S. ὄτι οὐκ εἶσι. Nec ex verbo לקח: quod mors praematura, vel hominum ante justam & maturam aetatem ab repto illo saepius notetur, quâ de re dubium nullum.

4. Probandum igitur ex conjunctione illius וְאִינְנִי cum ratione non existentia quia abripuit illum Elohim sc. per momentaneam immutationem s. per τὴν μεταθέσιν τοῦ μη' ἰδέειν θάνατον, atq; inde illud אִינְנִי Er wird nicht mehr gefunden sc. inter mortales. vid. Ebr. II. v. 5. quâ ratio, si de simplici & communi morte sermo fuisset, supervacanea extitisset: accedit primaria verbi לקח significatio, & verbi singularis, inter caeterorum patriarcharum mortes, singularis ratio.

5. Obijeitur: Sicut non sequitur illatio: Scriptura de Jacobi excessu loquens non utitur verbo moriendi: E. Jacob non est mortuus: Ita non sequitur. Scriptura de Chanocho non utitur sicut in caeteris patriarchis verbo moriendi E. Chanocho non est mortuus. Resp. per inversionem: imò est quaedam eaq; firma illatio: modo notetur antecedentis limitatio: sc. Scriptura de Jacobi morte non commune moriendi vocabulum, vel כִּיָּהָה: sed גָּרַעָה i. e. placidam facilemq; mortem s. expirationem usurpat. E. Jacob non est mortuus communiori modo: sed placidè planè facilèq; morte, vel גָּרַעָה expiravit: Er ist sein sanfft eingeschlaffen: nihil plus hic infertur: quod si enim simpliciter de veritate mortis antecedens accipies, errabis, cum illa εὐθανασία s. facilitas quâ notatur in גָּרַעָה praesupponat mortis veritatē: porrò: Scriptura de Chanocho nec verbū moriendi, nec expirandi, quibus in mortibus veris Patriarcharum utitur: sed singulare rapiendi ita ut ad illam sequatur non existentia inter mortales, usurpat. E. Chanocho nec communi nec facili illa placidaq; morte est defunctus: sed planè specialiter in coelestem vitam translatus vel μεταθέσιν τοῦ μη' ἰδέειν θάνατον καὶ οὐκ εὐχίσασθαι. Obij.
Scria

Scriptura non meminit Genealogiam Melchizedeci: At non sequi
 E. illum verè fuisse ἀγενεαλόγητον: Sic non sequi: Scriptura non me-
 minit mortē Chanochi. E. hic o est mortuus: sed vivit. Resp. De Melchi-
 sedeci principio, sine, genealogiā nihil scriptura meminit: de Chano-
 cho אֵינָנוּ s. existentia inter nos cessationem, & חַיִּים expressè
 dicit. 2. Sequitur argumentum de Malchizedek, ut tali, s. formaliter
 vel in quantum est ἀφωμοιωμένῳ τῷ ἡῶ πῦ θεῶ Ebr. 7. 3. 4. non
 materialiter: adeoq; sequitur: scriptura, quæ in classibus omnium
 cœterorum Patriarcharum subjungit illud חַיִּים i. e. Et mortuus est
 in classe solius Chanochi, cujus tamen descripsit communem cœte-
 ris generationem, illud omisit, & specialibus s. singularibus vocabulis
 sc. אֵינָנוּ & חַיִּים est usus. E. specialis quoq; & singularis hic notatur
 translatio sc. quæ per πῆν ἐν ἀπώμῳ, ἐν ἡπῆ ὀφθαλμοῦ immutatio-
 nem gloriosam fuit ἀρπαγὴς ἕως τρίτου οὐρανοῦ, adeoq; non notatur
 communis cū cœteris status mortis: sed raptus talis specialis, qualis con-
 tinget resuscitatis & immutatis piis. Theff. 4. Et quænam connexio:
Chanoch ambulavit cum Elohim (vid. expl supra) & non fuit i. e. vi-
 vere desit: quia DEUS præ maturâ morte illum abstulit. *Non ita*: am-
 bulatio cum Elohim ordinariè *longæva Vita* promissionem habet Ps. 91.
 16. prov. 3. 2. & ib. Deut. 30. 20. Job. 12. 12.

6. Frustra igitur Drusus miratur, quid Judæos moverit cur ex hoc
 loco collegerint Henoebum adhuc vivere & in cælum translatum esse?
 frustra idem pro defendendâ Chanochi morte corporali: sed præmatura
 hic quædam disputat & illud: πῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον de morte ani-
 mæ s. spiritali peccatorū secutus Pbilonū Apocryphi sapientiam dubi-
 tantly explicat, qui Henoebum dicit esse raptum, ne malitia mutaret ejus
 intellectum, seu ne corruptus suorum temporum vitiis, cū improbis vi-
 deret mortem peccatorū. Scilicet erroneo res tota nititur præsupposito,
 quod exprimit Rasciita: צדיק היה וקל לשׁוב לחרשׁיע לפי כׁך מיהר
 הקבׁרה וסילקו והמיתו קודם זמנו וזהו ששננה הכ
 ב Dicit i. Chano-
 chum nunc justè nunc injustè adeoq; inconstanter vixisse, cum insigni
 ad malitiam proclivitate. 2. propterea festinavisse Deum, illumq; per
 præmaturam mortem abstulisse. 3. hanc causam esse, quod variet
 scriptura in descriptione mortis ejus, à cæteris. 4. Illud אֵינָנוּ notare,
 B 2 illum

illum in hoc seculo non esse affectum plenitudinem dierum: cui falso præsupposito contradicit Oncelosi translatio in v. 24. וְהָלַךְ חֲנוֹךְ בְּרַחֲלָתָא דְּוִו וְלוֹתוֹתָו אַרְי לֹא אִמּוֹת יִתְיָה יְהוָה
i. e. Et ambulavit Chanoch in timore Domini: & non fuit: quia non mori fecit (sed ad vitam beatam corpore & animâ transfudit) cum Dominus. Sed, inquit Drufius, Chanochum præmaturâ morte abreptum, ne wideret mortem peccatorum, pono non statuo: potius inclino, ut credam immutatum fuisse. Tales moriuntur quidem: sed non more communi hominum, ac proinde non mori dicuntur. Si aliter mortuus est, & si adhuc vivit, DEUS novit. Ego hic ἐπέχω: nec temerè quid asserendum puto. Hæc Drufiana certitudo & Sceptica ἐπιχῆ. Manet, Chanochum ἀλλοτρίως corpore & animâ esse translatum & raptum (ἀρπαγμὴν εἶναι) in cœlum gloriosum, instar piorum tam resuscitatorum quam immutatorum in die novissimo, qui rapiuntur in occursum Domino in aerem, & sempererunt s. ambulabunt cum Elohim vid. Theff. 2. c. 4. v. pen. idq; tum ex proposito V. T. loco, tum ex Apostolico testimonio solidè probari.

LOCUS OCTAVUS Gen. 5. v. ult.

Ἐῶ. b. v. 1. 2.

Quæritur 1. de primogenito Noachi? Resp. respectu generationis vel naturæ s. ראשית אונן fuit Japhet: respectu dignitatis maximè sacerdotalis s. כהונה fuit ille Schem: acquisitionis enim primogenituræ modi erant generatio & dignitatis triplicis, vel certè portio in inferioris de filio in filium translatio. Eadem ratio, quæ Semi, fuit quoq; Abrahami Atq; hinc ordo vel sequitur naturam: vel ipsam primogenituram s. dignitatem.

Quæritur 2. quinam intelligantur בני האלהים & בנות האדם in v. 2. c. 6. Resp. Non Angeli, non *Dæmones incubi*, uti more suo (irrationabiliter, dicere solet Lyra) nugatur P. Burgensis, qui propter naturæ spiritualitatem dicantur filij Elohim, & in specie humanâ commiscuerint semulicibus, unde nati *Gigantes* illi, s. Nephilim in v. 4. iidemq; *Dæmones*. Sed Judicum, Magnatum, procerumq; tam ex Semi quam Caini familiâ, filij: & vox האלהים hic non est לשון קדש s. significationis Divinæ. Docet id vel solus articulus specificans hic Elohim visibiles, quales dicuntur *Principes populorum* s. Ju-

Judices. Rectè ergò Paraphr. Chaldaeus reddidit per בני רבר כוּיָא
 Aben-Esra per והשופטים בני הערובים eodem ferè modò Raschi.
 Per הארם בנות הארם uxores ex infimâ plebe, sive unius, sive diversæ reli-
 gionis fuerint, notantur: docet id oppositio האלהים & הארם אֵי,
 ἡξουθενημέναι ἐν τῇ ἑκκλησίᾳ. Formalis autem ratio peccati exprimi-
 tur per vocem לקח quæ hic significationem habet per vim capiendi,
 seu ad stuprum rapiendi, id notans crimen quod postea חמס s. violen-
 tia dicitur, primaria diluvij causa.

LOCVS NONVS Gen. 6. v. 2.

לא ידון רוחי באדם לעלם

CONCL. 1. Oratio hic est *Elohim* in personâ πῶ λόγου, quæ ratio
 est quod vetustus Hierosolymitanus Interpres expresserit ואמר
 מימריה הוּי Et dixit *Verbum Domini*, quâ locutione DEI filium in
 Chaldaeorum scholis notari nimis est notum.

CONCL. 2. Verbum ידון judicialiter disceptandi, causam judicia-
 lem tractandi s. judicandi significationem obtinet Errat e. Vulg. qui
 reddidit: Non permanebit Spiritus meus in homine in aeternum. Ly-
 ran. Indignatio mea non permanebit contra hominem s. non ira-
 scar contra eum irrationabiliter, sicut contra Angelum peccantem,
 cujus peccatum est irremediabile. Burgenfis: Non vaginabit Spi-
 ritus meus in homine i. e. non intrabit anima à me inspirata, in homine
 i. e. in humano corpore, in quo anima consideratur contineri sicut
 gladius in vaginâ. Sed superiora verè irrationabilia: posteriora autem
 ridicula sunt, & indigna Paulo de S. Maria Burgenfi Archiepiscopo, &
 Hisp. regni Cancellario. Sed, inquit, Ebraica litera hic verbum ha-
 bet, quod derivatur à vaginâ: id falsissimū. Equidem נָדון vaginam no-
 tat eaq; vox non nisi semel i. Chron. 21. 27. reperitur: sed quid com-
 mune voci נָדון cum ידון: & quid illud: Spiritus vaginabit? Nugæ,
 quas proinde jure pro venerabilis Liræ apologiâ confutat simplex fra-
 ter Döringius in replicâ.

CONCL. 3. רוחי non *spiritum* creatum: sed *increatedum* notat
 ipsum sc. Filij Spiritum qui erat in Ecclesiæ Antediluvianæ Docto-
 ribus, qui loquutus est per os sanctorum qui à seculo fuerunt, Pro-
 phetarum Domini, planè sicut in illo Esaia: Spiritus meus qui est in

te non recedet, ab ore tuo. Frustra ergò idem Burgenſis per Spiritum
inquit, intelligitur hic anima humana à DEO ipſi homini inſpirata,
quæ non ultra 120. annos ſi inſpiranda.

CONCL. 4. Signanter autem dicit בְּאֵרֶךְ in hæc ipſa homi-
num generatione, quæ cum tot Spiritus mei obteſtationibus & conces-
ſis hæctenus pœnitentiæ ſpatiis ad ſaniorẽ mentem reduci deberet,
horribiliorib. etiam ſeſe inquinavit criminibus, Chald. בְּרָא בִישָׁא
רְדִין Igitur לְעֵלְמִי קְרַמִּי לֹא יִתְקִים לֹא uti reddidit Onkelos: vel uti
Targum Hieroſolym. לֹא יִתְרַנֵּן דְרִיא דְעִתּוּרִין לְמִקְסָן מִן כְּתָר.
רְדָא רְמִבּוּלָא לְמִבּוּרָא לְמִשְׁתַּיְצִי וְלְמִמְחָא גְמִירָא הֲלֵן
רוּחֵי יִהְיִי רַחֵם אֲנַשְׁא quæ poſteriora, uti pleraq; illius Tar-
gum, ſunt aliena à literâ.

CONCL. 5. Sensus hic eſt: Spiritus meus ſc. (qui fuit in Eccle-
ſiæ antediluvianaæ Doctoribus, & pœnitentiæ præconibus, Noacho
aliisq; plenis Spiritu DEI viris) non judicialiter diſceptabit (peccato-
rum accusabit, condemnabit, ſupplicium dictabit) in hominib. illis,
in ſeculum: eò quod illi quoq; caro (*horribiliter corrupti*) ſint: (dicta-
bo igitur ſententiam definitivam, eamq; validam: ſc.) erunt anni illo-
rum 120. ut niſi interea revertantur per pœnitentiam, ſinelem tan-
dem ſuperaddam πινολετείαν. Scilicet qn. Spiritus S. ἐλέγχει τὸν
κοσμος περὶ ἀμαρτίας καὶ δικ. καὶ κρίσ. tum in interiori ho-
minis judicialiter diſceptat imperans τὴν μετένοϊαν, etiam
per viscera miſericordiarum DEI noſtri: quæ omnia quando
propter τὴν σκληροκαρδίαν fruſtra habentur, tum illam τῆς κα-
ταλλαγῆς obteſtationem, & Spiritus diſceptationem ſequitur ſententiæ
pronunciatio, & præſens executio, qn. veniente ſupplicio rigoroſo, ceſ-
ſat illa iudicatio.

CONCL. 6. Atq; hæc Spiritus πῦ λόγον iudicatio, eſt illa quæ
τῆς (νῦν) ἐν Φυλακῇ πνεύμασιν à Spiritu Chriſti (quondam) fa-
cta, dicitur, prædicatio i. Pet. 3. verſ. 19. facta τοῖς ἀπει-
θήσοις πῦ. Sane quæ inter ἀπειθείαν & ἀπίσταν intereſt diffe-
rentia, vel nulla vel exigua eſt, & uti hæc cadere poteſt vel in ipſos Apo-
ſtolos Marc. 16. 14. ita illa æternæ damnationis cauſa ponitur, &
cum

cum τῆ ἀπιστία convertitur' Ebr. 3. vers. 18. 19. adeòq; περ ἀπιστίας
 οὐκ αἰσθάνονται finaliter incredulos, ipsosq; damnatos hominum illorum spiri-
 tus intelligo πῶς οὖν ἐν φυλακῆι quæ vox nunquam ipsum munda-
 dum, velut piorum carcerem, nunquam DEI custodiam: Sed vel
 captivorum custodiam, desmophylaceum ipsumq; adeò carcerem
 infernalem, vel certam noctis vigiliam notat, in amplissima N.
 T. Scriptura: prioris exempla Matt. 5. 25. c. 14. 10. Luc. 12. 85. Act.
 16. 24. & cap. 22. 4. posterioris Matth. 24. 43. Luc. 11. 48. Matth. 14.
 25. ubi & secundæ & tertix, & quartæ vigiliæ mentio: cum
 tres priores alias ὀψὲ, μεσονύκτιον & ἀλεκτωφωανία dicantur
 Marci c. 13. hinc Ebreorum illud, שלשה משמרות היו הלילה ועל,
 כל כשמר ומשמר הקב"ה אומר אני שחרבתי את בתי
 Et tantum de hoc loco.

LOCUS X. GEN. c. VI.

v 4. ע"ג.

CONCL. 1. Quæ. quinam fuerint illi Nephilim? Resp. id sta-
 tim additur in versu membro secundo sc. Viri propter insignem robur
 celebres & formidabiles, verbo Gigantes grosse erschreckliche ungeheu-
 re Riesen: fuisse autem dicuntur & illo antediluviano tempore: &
 אחריו s. אחר המבול post diluvium: quod ita contigisse constat
 ex loco Num. 13. 37. Vidimus Nephilim filios Enac de gigantibus: quæ
 optuma est explicatio. Errant ergò qui Dæmones hæc voce notari
 putant, quod frustra verborum prolixitate probare conatur Burgen-
 sis, adducto Esa. 14. loco. qui secundum literam nihil de Diaboli
 lapsu è caelo loquitur. Mitius errant, qui per defectores s. Apostotas,
 nomine sc. generali nimis, & quod tum esse debebat נפילימ expli-
 cant Nephilim. Dicti autem ita non à *deficiendo* quod notatur non
 raro radice נפל Jerem. 17. 13. sed *ab irruendo* s. quod *validis membris*
sive lacertis in tuybam attritorum irruerent Ps. 10. 10. vel quod ob inusi-
 tatam, corporis molem terrorem spectantibus iniicerent Jos. 2. 9.
 quâ ratione rectè רָאע: Expositio inquit Nephilim est: מפילי
 מפילו העולם. ל. ב. ר. ה. ר. א. ה. ו. א. ה. ר. ס. I. שיתמה כגובה.

CONCL. 2. In versu quinto notamus geminum errorem Vulga-

12.

te, unum in propositionis subjecto: alterum in prædicato. Sub-
 jectum est: כל יצר מחשבות לב אדם i. e. ipsa formatio
cogitationum cordis humani: quomodo constantè Chaldeus:
 כח יצרה מחשבת לביה: at Vulg. omisâ principali parte
 subjecti reddidit: Omnis cogitatio cordis: porrò prædicatum est:
 רק רע מעורר בלחך. At Vulgatus *inventa est ad malum*: quod posterius observavit
 jam ante veneranda memoriz Theol. Chemnitius, cui dum respon-
 det Bellarminus, turpiter 1. illa quæ Spiritus S. clarè distinguit, confun-
 dit sc. יצר cum מחשבות 2. principalem subjecti vocem negligit.
 3. pessimè resolvit sc. *Non esse nisi malum*, idem illi est quod: *invenit
 esse ad malum* 4. Lutheranis consequentiam affingit sc. omnia opera
 hominum esse mala 5. Pelagianismum prodit, dum locutionem
 hanc hyperbolem esse dicit, quam, horribilem naturæ corruptæ
 ἡμετέρας ψυχῆς ἢ μείωσιν omnem in spiritualibus idoneitatem, tam
 ante, quam in conversionis actu nobis adimentem
 verè prædicare, in nobis satis ex-
 perimur.




cum τῆ ἀπιστία convertitur Ebr. 3. vers. 19. ἀπιστίας finaliter incredulos, ipsosq; damnatos hominibus intelligo πῶς οὖν ἐν φυλακῇ quæ vox nudum, velut piorum carcerem, nunquam DEI captivorum custodiam, desmophylaceum ipsum infernalem, vel certam noctis vigiliam notat, T. Scriptura: prioris exempla Matt. 5. 25. c. 14. 16. 24. & cap. 22. 4. posterioris Matth. 24. 43. Luc. 25. ubi & secundæ & tertiæ, & quartæ vigiliæ tres priores alias ὄψε, μεσονύκτιον & ἀλεκτω Marc. c. 13 hinc Ebreorum illud, הוֹי הַלַּיְלָה וְעַל מַר הַקְּבֵרָה אֹמֵר אֹי שְׁחַרְבְּתִי אֵת בֵּיתִי Et tantum de hoc loco.

LOCUS X. GEN. c.
v 4. 65.

CONCL. 1. Quæ. quinam fuerint illi Nephilim additur in versus membro secundo sc. Viri proceres & formidabiles, verbo Gigantes grosse esse re Niesen: fuisse autem dicuntur & illo antediluvio כַּךְ אַחֲרֵי כֵן אַחֲרֵי חִמְבְּרִיל post diluvium: quod ita ex loco Num. 13. 37. Vidimus Nephilim filios Enac d. optima est explicatio. Errant ergo qui Dæmones putant, quod frustra verborum prolixitate probantur, adducto Esa. 14. loco. qui secundum literam lapsu è caelo loquitur. Mitiùs errant, qui per defectum nomine sc. generali nimis, & quod tum esse debebant Nephilim. Dicti autem ita non à deficiendo raro radice נפיל Jerem. 17. 13. sed ab irruendo s. quæ five lacryis in turbam astritorum irruerent Ps. 10. 10. tatum, corporis molem terrorem spectantibus iniquâ ratione rectè רָאֵעַ: Expositio inquit Nephilim לב רִדוּאָה נִוְתָם שִׁתְּמָה מְגֹבָה R. S. I.

CONCL. 2. In versu quinto notamus geminu



37-
piri-
nun-
d vel
rem
N.
Ae
14
m
ur
של
כל

sta-
bur
bey
:&
stat
quæ
tari
en-
ooli
tas,
pli-
non
brü
ufi.
9.
ט
ט
ga-
ta;